

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1523

Autre(s) référence(s) : Fauroux 80 / Tabuteau 163

Auteur(s) : Robert le Magnifique, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : pancarte

Authenticité : non suspect

Datation : [1029, 29 novembre-1035]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert le Magnifique, à la demande de l'abbé « Gradulphus », confirme les donations faites par ses prédécesseurs à Saint-Wandrille, et celles qui s'y sont ajoutées de son temps, c'est à savoir : Sierville avec l'église ; le domaine de Saint-Étienne-[du-Rouvray] avec vingt-quatre arpents de pré et toutes les coutumes sur la terre et sur l'eau, le quart du domaine de Louvetot, le domaine du Breuil restitué par lui-même ; la dîme des foires et marchés du comté d'Hiémois, une charruée avec deux hôtes à Chiffreville.

Guillaume lègue la vigne d'Asselin à Saint-Wandrille, après sa mort et celle de sa fille.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatibus et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 166 (édition partielle).

b. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 3, p. 1001.

c. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 14, p. 54-56.

d. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 80, p. 219-220.

Indications

Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Appendix C, p. 274, n° 30. Adigard des Gautries Jean, *Les possessions de l'abbaye de Saint-Wandrille dans la région d'Argentan aux XIe, XIIe et XIIIe siècles*, BSHAO n°74, 1956, p. 24.

Dissertation critique

Cet acte se place entre la début de l'abbatit de Gradulphe (après l'assassinat de son prédécesseur Gérard, le 29 novembre 1029) et le départ du duc Robert pour la Terre-Sainte en 1035 (FAUROUX, p. 219-220).

Texte établi d'après d

Ego Robertus, dispositione divina Normannorum princeps, hanc cartam quam predecessores mei confirmaverunt egoque cum eis firmavi, nunc quoque firmo perpetuæque immunitati ea qua utor potestate roborata mando et que

subter ascripta nostris temporibus sunt addita, suggerente Gradulpho abbate cœnobii Fontinelle, eadem firmitatis astipulor auctoritate : id est Sierumvillam cum æcclesia et cum omnibus ad ipsam pertinentibus, in planis et silvestribus, quam idem Gradulphus a me peciit, rogante Vernonensi Hugone qui eam de me tenebat eo tempore ; villam quoque que dicitur Sancti Stephani cum viginti quatuor arpentis pratorum et omnibus consuetudinibus tam in terra quam in aqua inde exeuntibus, quam predictus abbas emit. LXXX. denariorum libris, me volente, a Hugone archidiacono qui eam ex me tenebat in beneficio ; quartam quoque partem ville que dicitur Luvetot, id est terram Durandi militis, quam prefato abbati cum servicio filiorum ipsius dedi ; villam eciam que Broil vocatur, quam injuste tultam sano usus consilio juste reddidi ; decimam insuper nundinarum totiusque comitatus Oximensis et omnium mercationum, terram quoque Gozelini que est in Sefredivilla sufficiens uni carruce et unum et alterum, id est duos hospites. + Ego Willelmus, pro redempcione anime mee, Sancto Wandregisilo et ei famulantibus vineam meam cum terra concedo, post decessionem meam et filie mee, quam habet Ascelinus. Ipsi vero monachi semper habent comparacionem vinearum. Quam largicionem si quis violare presumpserit anathema sit.
+ Signum Roberti comitis et ducis Normannorum. + Signum Robertus archiepiscopus. Signum + Hugonis. + [Signum Gilleberti comitis]. + [En]gelrandi comitis. + Willelmi filii Roberti comitis. + Osberni. + Toroldi. + Achardi. + Turstini. + Rodulphi magistri Willelmi filii Roberti comitis. Anshetilli vicecomitis.